De Wal
IV, 74
(1622)

Antwerpse Stichting.

In Januario Vlis P. Prior una cum P. Emmecho-
vio Priore S. Sophiae se Antverpiam contulerunt
ibique institerunt pro loco habendo ad ex-
struendam domum ordinis quod Buscoduci
non invenirent locum satis amplum. Et pri-
mo quidem Magistratus obtulit nris Patribus
domum novam dictam Treckshuys, quae aesti-
mabatur valere 60 millibus florenorum,
sed cum requireretur consensus opificum,
lanifici obstiterunt quod res urgeret in eorum
praeiudicium, proximum enim locum conduc-
tum habebant a civitate ad suspendendos pan-
nos ibique perticas et stipites erectos pro
quibus transferendis nostri offerebant qua-
tuor millia florenorum, sed tamen quia
locus erat admodum declivis et insalubris
atque infirmi milites qui ex obsidione Ber-
gensi eo deducti fuerunt ad unum omnes
mortui dicuntur, ita ut nullus domum
intrare auderet suggestum est nostris

ut alibi in civitate locum salubriorem sibi compararent. Nam nostrae receptioni cives consentiebant modo inde non gravarentur et voluntarii tantum tribuerent et Dus Ram civis qui habebant filium in ordine negotium in se suscepit, sed in primo fervore ac favore non persititit, quin comminatus aliquando fuerit negotium nostris facessere